



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum possit esse aliqua creatura, quæ liberu[m] arbitrium habeat
naturaliter confirmatum in bono.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

¶ 3 Præt. In nominatione liberi arbitrii, arbitriū ponitur in abstracto: sed libertas in concreto: arbitrium autem est rationis, libertas uoluntatis. ergo id, quod est rationis, essentialiter conuenit libero arbitrio: quod autem est uoluntatis quasi denominatiue & actualiter, & sic liberum arbitriū magis uidetur esse ratio, quam uoluntas.

Dam. li. 2. c. 27. Greg. li. 7. de lib. arb. c. 7.

¶ 4 Præt. Secundum Dam. & Greg. Nissenum, secundum hoc sumus arbitrio liberi quod sumus rationales: sed rationales sumus secundum quod habemus rationem. ergo secundum quod habemus rationem sumus arbitrio liberi, & ita uidetur, quod liberū arbitriū sit ratio.

¶ 5 Præt. Secundum ordinem habituum est ordo potentiarum: sed actus fidei, quæ est habitus rationis, informatur charitate, quæ est habitus uoluntatis. ergo & actus rōnis informat uoluntate, & non e conuerso: & ita, si actus liberi arbitrii est duarum potentiarum. scilicet uoluntatis & rationis, unius sicut elicientis, & alterius, sicut informantis, uidetur quod sit rationis, sicut elicientis: & ita liberum arbitrium essentialiter est ratio, & sic aliter a potentia, quam uoluntas.

Li. 5. c. 14. ante med. Cap. 3. circa finem.

SED CONTRA est, quod Dam. dicit in 3. lib. 14. ca. Liberum arb. nihil aliud est, nisi uoluntas.

¶ 2 Præt. Phil. dicit in 3. Eth. quod electio appetitus est præconscientiati; electio autem est actus liberi arbitrii. ergo liberum arbitrium est potentia appetitiua: sed nō est appetitus inferior, qui diuiditur per irascibilem & concupiscibilem, sic. n. bruta hērent liberum arbitrium. ergo est appetitus superior, & hic est uoluntas secundum Philo. in 3. de Anima. ergo liberum arbitrium est uoluntas.

Text. 57. & præced.

RESPON. Dicendum, quod quidam dicunt liberum arbitrium esse tertiam potentiam a uoluntate & ratione, pp hoc quod uident actum liberi arbitrii qui est eligere, differentem esse, & ab actu simplicis uoluntatis, & ab actu rationis. Nam rōnis quidem actus in sola cognitione consistit: uoluntas autem actum suum habet circa bonum quod est finis: libe. uero arb. circa bonum, quod est ad finem. Sicut ergo bonum, quod est ad finem, egreditur a rōne finis, appetitus uero boni a cognitione uicini dicunt quodammodo, naturali ordine ex rōne uoluntatem procedere, & ex duab. tertiam potentiam, quæ est liberū arbitrium. sed hoc conuenienter stare non potest: obiectum enim & id, quod est rō obiecti ad eandem potentiam pertinent: sicut color & lumen ad uisum. Tota autem rō appetibilitatis eius quod est ad finem, in quantum hōi est finis. Vnde nō potest esse, quod ad aliam potentiam pertineat appetere finem, & id, quo est ad finem. Nec hæc differentia, qua finis appetitur absolute, id autem quod est ad finem in ordine ad alterum, potest appetitiuarum potētiarum distinctionem inducere. Nam ordinatio unius ad alterum inest appetitui non per se, sed per aliud. scilicet per rōnem, cuius est ordinare & conferre; unde non potest esse differentia specifica constituens speciem appetitus. Vtrum autem eligere sit actus rationis, uel uoluntatis, phil. sub dubio uidetur relinquere in 7. Eth. supponens tamen quod aliqua sit uirtus utriusque, dicens quod electio, uel est intellectus appetitui, uel appetitus intellectui, sed quod sit appetitus dicit in 3. Eth. definiens electionem esse desiderium præconscientiati. Quod quidem uerum esse & ipsum obiectum demonstrat (nam sicut bonum delectabile & honestum, quæ habent rōnem finis, sunt obiectum appetitiue uir-

6. Eth. ca. 2. circa finem.

Cap. 3. non procul a h.

tutis: ita & bonum utile, quo proprie eligitur) & patet ex nomine. Nam liberum arbitrium, uel electum est, est potentia, qua homo libere iudicat potest. Quod autem dicitur esse principium alicuius actus alicuius, nō oportet quod sit principium illius actus simpliciter, sed alicuius significatur esse principium illius: sicut grammatica per hoc quod dicitur esse scientia recte loquendi, nō dicitur quod sit principium locutionis simpliciter: sine grammatica potest homo loqui: sed quod sit principium rectitudinis in locutione: ita & potentia, qua libere iudicamus, non intelligitur illa, qua iudicamus simpliciter, quod est rationis: sed que facit libertatem in iudicando, quod est uoluntatis. Vnde liberum arbitrium est ipsa uoluntas, nominatur autem eam non absolute, sed in ordine ad aliquem actum eius, qui est eligere.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quia liberum arbitrium non nominatur uoluntatem absolute, sed in ordine ad rationem, inde est quod ad hoc significandum uoluntas, & ratio in definitione liberi arbitrii oblique ponuntur.

AD II. Dicendum, quod quantum eligere sit alius actus, quam uelle: tamen ista differentia non potest potentiarum distinctionem inducere.

AD III. Dicendum, quod quantum iudicium sit rationis: tamen libertas iudicandi est uoluntatis immediate.

AD IIII. dicendum, quod rationales dicuntur non solum a potentia rationis: sed ab anima rationali, cuius potentia est uoluntas. & sic dicendum quod rationales sumus dicimus esse liberum arbitrium. Si tamen rationale a rationis potentia sumatur, prædicta auctoritas, significaret rationem esse primam liberi arbitrii originem, non autem immediatam electionis principium.

AD V. Dicendum, quod uoluntas quodammodo mouet rationem imperando actum eius, & ratio mouet uoluntatem proponendo ei obiectum suum, quod est finis. & inde est quod utraque potentia potest alicuius in forma.

ARTICVLVS VII. Vtrum aliqua creatura esse possit, quæ liberum arbitrium habeat confirmatum in bonum.

SEPTIMO queritur, utrum possit esse aliqua creatura, quæ liberum arbitriū habeat naturaliter confirmatum in bono, & uideatur quod sic natura enim spiritualis est nobilior, quam corporalis. sed aliqua natura corporalis est cui hoc conuenit, quod in ea nulla motus inordinatio esse possit. Natura celestis corporis. ergo multo fortius potest esse aliqua natura creata spiritualis, quæ est capacior arbitrii in cuius motibus naturaliter nulla inordinatio esse possit, quod est esse impeccabilem, uel esse mereri in bono. sed dicendum, quod hoc est de nobilitate creaturæ spiritualis, quod possit mereri, & hoc esse non possit, nisi possit peccare, & non peccare.

¶ 2 Sed contra, ex hoc competit alicui creaturæ spirituali posse mereri, quod habet dominium sui actus: sed si non possit nisi bona agere, nihilominus ei sui actus dominium remaneret: post eum aliquod bonum agere, uel non agere sine hoc quod in malum incideret, uel saltem eligere inter bonum & melius. ergo ad merendum non requiritur posse peccare.

¶ 3 Præt. Liberū arbitriū, quo meretur gratia adiuuante, est potētia actiua: sed de rōne potētiae actiue nō est deficere. ergo potest creatura spiritualis hēre potentiam ad merendum, si naturaliter sit impeccabilis.

De lib. arb. ca. in nec. de an. d. 6. Gre. li. 7. de lib. arb. c. 6. Dam. li. 3. ca. 1. circa pri.

¶ 4 Præ. Ansel. dicit quod potestas peccandi nec est libertas nec pars libertatis: sed libertas est ratio qua homo est capax meriti. ergo remota potentia peccandi adhuc remanebit hoi potentia merendi.

¶ 5 Præ. Greg. Nissenus & Dama. hanc rationem assignant, quare creatura sit mutabilis secundum liberum arbitrium, quia est ex nihilo; sed propinquius consequitur creaturam ex hoc quod est ex nihilo posse in nihilum cedere, quam posse malū facere. sed inuenitur aliqua creatura, que naturaliter est incorruptibilis, sicut anima & corpora celestia. ergo multo fortius potest inueniri aliqua creatura spiritualis, que naturaliter sit impeccabilis.

¶ 6 Præ. Illud quod Deus facit in vno. potest in aliis facere: sed Deus creaturæ spirituali dat ita immutabiliter ex sua natura tendere in aliquod bonū. s. felicitatem, quod nullo modo in contrariū tendere possit. ergo eadem rōne posse alicui creaturæ conferre ut ita naturaliter appeteret omne bonū, quod nullo modo possit in malum inclinari.

¶ 7 Præ. Deus cum sit summus bonus, summus se communicat, unde omne id creaturæ communicatur, cuius creatura est capax: sed huius perfectionis que est confirmatio in bono vel impeccabilitas, creatura est capax: quod patet, quia aliquib. creaturis per gratiam cōceditur. ergo aliqua creatura est naturaliter impeccabilis, vel confirmata in bono.

¶ 8 Præ. Substantia est principium virtutis, virtus vero operationis: sed aliqua creatura est naturaliter immutabilis secundum substantiam. ergo potest esse aliqua creatura, que potest esse naturaliter immutabilis secundum operationem, ut sit naturaliter impeccabilis.

¶ 9 Præ. Essentialius conuenit creaturæ quod cōuenit sibi ratione principii, ex quo est, quam quod cōuenit sibi rōne principii a quo est: quia effectus sortitur similitudinem causæ a qua est, habet autem oppositionem ad id, ex quo est, opposita autem ex oppositis sunt, vt album ex nigro: sed confirmatio in bonum cōuenit alicui creaturæ a Deo a quo est. ergo multo magis dēt dici confirmatio in bono sibi naturalis, quam posse peccare, quod conuenit sibi secundum quod est ex nihilo.

¶ 10 Præ. Felicitas emulsi immutabiliter habet: sed homo ex naturalibus potest peruenire ad felicitatem ciuilem. ergo potest habere naturaliter immutabilitatem in bono.

¶ 11 Præ. Quod inest a natura, est immutabile: sed naturaliter hō appetit bonū. ergo & immutabiliter.

SED CONTRA, Dama. dicit, quod ex hoc creatura rationalis flexibilis est ad malum, secundum electionem, quod est ex nihilo: sed non potest esse aliqua creatura, que non sit ex nihilo. ergo non potest esse aliqua creatura, cuius liberum arbitrium sit naturaliter confirmatum in bono.

¶ 2 Præ. Proprietas naturæ superioris non potest inferiori naturæ naturaliter conuenire, nisi in superioriorem naturam conuertatur, sicut non potest fieri, quod aqua naturaliter sit calida nisi conuertatur in naturam ignis, vel aeris: sed habere indefectibilem bonitatem est diuinæ proprietatis naturæ. ergo non potest esse quod alicui alii naturæ cōueniat naturaliter nisi in diuinam naturam conuertatur, quod est impossibile.

¶ 3 Præ. Liberum arbitriū non inuenit in aliqua creatura, nisi in angelo & in hoie: sed tam homo quam angelus peccauit. ergo nullius creaturæ liberum arbitrium est naturaliter confirmatum in bono.

¶ 4 Præ. Nulla creatura rationalis impeditur a beati-

tudine consequenda nisi ratione peccati: si ergo aliqua creatura rationalis esset naturaliter impeccabilis, ex puris naturalibus sine gratia ad beatitudinem posset peruenire: quod Pelagianam hæresim sapere videtur.

RESPON. Dicendum, quod nulla creatura nec est, nec esse potest, cuius liberum arbitrium sit naturaliter confirmatum in bono, ut hoc ex puris naturalibus conueniat, quod peccare non possit. Cuius ratio est. Nam ex defectu principiorum actionis, causatur actiōis defectus. Vnde si quid est, in quo principia actionis nec in se deficere possunt, nec ab aliquo extrinseco impediti, impossibile est illius actionem deficere, sicut patet in moribus celestium corporum. Ea uero in actionibus deficere possibile est, in quibus principia agendi possunt deficere uel impediti, sicut patet in generabilibus & corruptibilibus, que ratione suæ transmutabilitatis defectum principii actiuis patiuntur. unde & eorum actiones deficientes proueniunt: propter quod in operationibus naturæ peccatum frequenter accidit, sicut patet in partibus mortuosis. Nihil enim est aliud peccatum siue in rebus naturalibus, siue artificialibus, siue uoluntariis dicatur, quam defectus uel inordinatio propriæ actionis, cum aliquid agitur non secundum quod debitum est agi, ut patet in 2. Phy. differt autem in agendo natura rationalis prædita libero arbitrio ab omni alia natura.

Alia natura ordinat ad aliquod particulare bonum, & actiones eius sunt determinate respectu illius boni, natura uero rationalis ordinatur ad bonum simpliciter. Sicut enim verum absolute obiectum est intellectus, ita & bonum absolute uoluntatis. & inde est, quod ad ipsum vniuersale bonorum principium uoluntas se extendit, ad quod nullus alius appetitus peruenire potest. & pp hoc creatura rationalis non habet determinatas actiones: sed se habet sub quadam indifferentia respectu materialium actionum. Cum autem omnis actio ab agente, pueniat sub rōne cuiusdam similitudinis, sicut calidū calefacit, oportet quod si aliquod agens est, quod suam actionem ordinatur ad bonum aliquod particulare ad hoc quod eius actio naturaliter sit indefectibilis, quod ratio illius boni naturaliter & immobiliter ei inest, sicut si alicui corpori inest naturaliter calor immutabilis immutabiliter calefacit: vñ & natura rationalis, que ordinata est ad bonum absolute per actiones multifarias, non potest habere naturaliter actiones indeficientes a bono, nisi ei naturaliter & immutabiliter inest rō vniuersalis & perfecti boni.

Quod quidem esse non potest nisi natura diuina. Nam Deus solus est actus purus nullius potentie permissione recipiens, & per hoc est bonitas pura & absoluta. Creatura uero quælibet, cū in natura sua habeat permissionem potentie, est boni particulare. Que quidem permissio potentie ei accidit pp hoc quod est ex nihilo. & inde est quod inter naturas rationales solus Deus habet lib. arb. naturaliter impeccabile & confirmatum in bono creaturæ uero hoc esse impossibile est pp hoc quod est ex nihilo, ut Dama. & Gre. Niss. dicunt. & ex hoc est particulare bonum in quo fundat rō mali, ut Dio. dicit 4. c. de diu. noib.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod creaturæ corporales, vt dictum est, sunt ordinate ad aliquod particulare bonum per determinatas actiones, & ideo ad hoc quod ab earum actionibus error & peccatum naturaliter absit, sufficit quod sint per suam naturam stabilitæ in aliquo bono particulari, quod non sufficit in naturis spiritualibus ordinatis ad bonum absolute, ut dictum est.

AD

Com. 27. 1. 2

D. 185.

Dama. li. 1. c. 27. Gre. li. 7. de lib. arb. c. 6. Dion. ca. 6. par. 4. In corp. ar.

In corp. ar.

Ad ii. dicendum, quod esse naturaliter im-
peccabile non repugnat ei, quod est habere dominium
sui actus, cum utrumque Deo conveniat: repugnat
autem ei, quod est habere dominium sui actus in na-
tura creata, quod est particulare bonum, non enim aliqua
creatura potest habere dominium sui actus, cuius sunt de-
terminatæ actiones ordinatæ ad bonum particulare.

Ad iii. Dicendum, quod quamvis non sit de
ratione potentie activa, quod deficiat: est tamen de ratio-
ne potentie activa, quod non habet in se suæ actionis suffi-
cientia principia & immutabilia, ut deficere possit.

Ad iv. Dicendum, quod quamvis posse pecca-
re, non sit pars libertatis arbitrii: consequitur tamen
libertatem in natura creata.

Ad v. Dicendum, quod creatura acquiritur et
se determinatum & particulare ab alio, unde crea-
tura potest habere esse stabile & immutabile: quã-
vis in ea non inveniatur naturaliter ratio absoluti
& perfecti boni; sed per actiones suas est ordina-
bile ad bonum absolute, & ideo non est simile.

Ad vi. Dicendum, quod felicitatem indetermi-
natam, & in universali omnis rationalis mens natu-
raliter appetit, & circa hoc deficere non potest: sed
in particulari non est determinatus motus volun-
tatis creaturae ad quærendam felicitatem in hoc
vel illo, & sic in appetendo felicitatem aliquid
peccare potest, si eam quærat, ubi quærere non debet:
sicut qui quærat in voluptatibus felicitatem, & ita
est respectu omnium bonorum. Nam nihil appetitur
nisi sub ratione boni, ut Dion. dicit. Quod ideo est quia
naturaliter inest menti appetitus boni, sed non hu-
ius vel illius boni; unde in hoc peccatum incidere potest.

Ad vii. Dicendum, quod creatura est capax im-
peccabilitatis; sed non ita quod eam naturaliter ha-
beat, unde ratio non requiritur.

Ad viii. Dicendum, quod principium opera-
tionis recte procedentis ex libero arbitrio non est so-
la substantia & virtus siue potentia; sed requiritur
debita applicatio voluntatis ad aliqua quæ sunt ex-
tra; sicut ad finem, & ad alia huiusmodi, & ideo non
existente aliquo defectu in substantia animæ, vel
in natura lib. arbitrii potest sequi defectus in actione
ipsius, unde ex naturali immutabilitate substan-
tiæ, non potest concludi naturalis impeccabilitas.

Ad ix. Dicendum, quod Deus est causa creatu-
ræ non solum quantum ad sua naturalia, sed quã-
tum ad superaddita. unde non oportet quod quicquid
creatura habet a Deo, sit ei naturale: sed solum illud
quod Deus ei indidit instituendo naturam ipsius
& huiusmodi non est confirmatio in bono.

Ad x. Dicendum, quod felicitas civilis cum non
sit felicitas simpliciter, non habet immutabilitatem
simpliciter: sed dicitur immutabilis, quia non faci-
le permutatur. Si tamen felicitas civilis esset sim-
pliciter immutabilis, non propter hoc sequeretur, quod
lib. arb. naturaliter esset in bono confirmatum. **K**
Nam non dicimus hoc naturale, quod per princi-
pia naturæ acquiri potest, per quem modum vir-
tutes politice possunt dici naturales: sed illud, quod
consequitur ex necessitate principiorum naturæ.

Ad xi. Dicendum, quod quamvis homo natu-
raliter bonum appetat in naturali; non tamen in spe-
ciali, ut dictum est, & ex hac parte incidit pecca-
tum & defectus.

ARTICULUS VIII.

Utrum creaturae lib. arbitrium confirmari valeat in
bono, per aliquod ipsius gratia donum.

Octavo queritur, utrum liberum arbitrium crea-
turae possit confirmari in bono per aliquod donum

gratia, & utrum, quod non gratia, non superueniens na-
tura non destruit eam. cum ergo libero arbitrio
creatura hoc naturaliter inest, quod ad malum fieri
possit, ut quod per gratiam ei auferri non possit.

¶ 1 Præ. In potestate liberi arbitrii est uti gratia, vel
non uti, nam liberum arbitrium a gratia cogitatio
potest: sed si liberum arbitrium gratia superinfusa non
utatur, decidit in malum: ergo nulla gratia superve-
niens potest liberum arbitrium confirmare in bono.

¶ 2 Præ. Liberum arbitrium habet dominium
sui actus: sed uti gratia est quidam actus liberi ar-
bitrii. ergo hoc est in potestate liberi arbitrii uti vel
non uti, & sic per gratiam confirmari non potest.

¶ 3 Præ. Secundum hoc inest lib. arb. creaturae flexi-
bilitas ad malum, quod est ex nihilo, ut Damasc.
dicit: sed nulla gratia potest auferre creaturae esse
ex nihilo. ergo nulla gratia potest liberum arbitrium
confirmare in bono.

¶ 4 Præ. Bern. dicit, quod liberum arbitrium est
potentissimum sub Deo, quod de gratia & voluntate
non recipit augmentum, nec de culpa detrimen-
tum: sed confirmatio in bono superueniens libe-
ri arbitrii auget ipsum: quia secundum Augustinum in his que
non mole magna sunt, idem est esse maius quod
melius. ergo liberum arbitrium per gratiam non
potest confirmari in bono.

¶ 5 Præ. Ut dicitur in li. de Causis, quod est in alio
est in eo per modum eius in quo est: sed lib. arbitrium
secundum suam naturam est mutabile in bonum
& malum. ergo & gratia ei superueniens hoc non
in eo recipitur, quod in bonum & malum muta-
ri possit: & ita videtur quod non possit ipsum con-
firmare in bono.

¶ 6 Præ. Quicquid Deus superaddit creaturae, pos-
set (ut videtur) a principio sue conditionis con-
ferre ei: si ergo posset liberum arbitrium confirma-
ri per aliquam gratiam superadditam, posset con-
firmari per aliquod inditum ipsi creaturae: spiritus
sanctus quantum ad naturam conditionem, & sic natu-
raliter esset confirmatum in bono, quod est impos-
sibile, ut dictum est. ergo nec per gratiam confir-
mari potest.

¶ 7 Præ. Sicut liberum arbitrium hominis ex sua
natura habet, quod sit flexibile in malum: ita cor-
pus humanum habet ex sua natura, quod sit cor-
ruptibile: sed corpus humanum dono gratie efficitur
in corruptibile. Cor. 15. oportet corruptibile hoc
inducere incorruptionem. ergo liberum arbitrium
potest per gratiam confirmari in bono.

¶ 8 Præ. Sicut liberum arbitrium hominis ex sua
natura habet, quod sit flexibile in malum: ita cor-
pus humanum habet ex sua natura, quod sit cor-
ruptibile: sed corpus humanum dono gratie efficitur
in corruptibile. Cor. 15. oportet corruptibile hoc
inducere incorruptionem. ergo liberum arbitrium
potest per gratiam confirmari in bono.

RESPON. Dicendum, quod circa hanc questionem
erravit Orig. voluit enim, quod lib. arb. creaturae
nullatenus confirmaretur in bono, nec in beata
vita nisi in Christo per unionem ad verbum. Ex hoc
tamen errore ponere cogebatur, quod beatitudo San-
ctorum & angelorum non esset perpetua: sed aliquis
esset finienda: ex quo sequitur eam non esse veram,
cum immutabilitas & securitas sit de ratione beata-
tudinis, & ideo propter hoc inconueniens quod sequi-
tur, eius positio est penitus reprobanda. & ideo dic-
tum est simpliciter, quod liberum arbitrium per
gratiam potest confirmari in bono. Quod quidem ex
hoc apparet. Propter hoc non naturaliter liberum ar-
bitrium

D. 216.

Cz. 4. de di.
no. parte 1.
& 4.

In fol. ad 6.
arg.

1. p. 9. 63. a. 1.